
Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica. Sentencia sobre la expulsión de una religiosa, de 26 de enero de 2008

Prot. n. 37352/05 CA

N

Dimissionis

(Soror X – Congregatio pro Institutis
vitae consecratae et Societatibus vitae
apostolicae)

Prot. n. 37352/05 CA

N

De expulsión

(Hermana X – Congregación para los
Institutos de vida consagrada y las So-
ciedades de Vida apostólica)

DECRETUM DEFINITIVUM

IN NOMINE DOMINI. AMEN

BENEDICTO PP. XVI feliciter regnante, Pontificatus sui anno III, die 14 novembris 2007, Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, videntibus Em.mis ac Rev.mis D.nis Augustino Card. Vallini, *Praefectus*, et Ioanne Ludovico Card. Tauran, Exc.misque ac Rev.mis D.nis Aloisio Martínez Sistach, Henrico Mussinghoff et Xaverio Echevarría Rodríguez, *Ponente*, intervenientibus Cl.mo Carolo Gullo, utpote Rev.dae Recurrentis Patrono, Cl.ma Martha Wegan, utpote Congregationis pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae necnon Congregationis Y Patrona, atque Rev.mo P.

DECRETO DEFINITIVO

EN EL NOMBRE DEL SEÑOR. AMÉN

En el tercer año del Pontificado de Benedicto XVI, el día 14 de noviembre de 2007, el Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica, reunidos los Emmos. y Rvdmos. Sres. Cardenales Agostino Vallini, *Prefecto* y Jean-Louis Tauran, los Excmos y Rvdmos. Monseñores. Lluís Martínez Sistach, Heinrich Mussinghoff y Javier Echevarría Rodríguez, *Ponente*, e interviniendo el Ilmo. Carlo Gullo como Patrono de la Rvda. Recurrente, la Ilma. Martha Wegan como Patrona de la Congregación para los institutos de vida consagrada y Sociedades de vida apostólica y de la Congregación Y, y el Revdo. Padre. Frans Da-

Traducción del Prof. Jordi Bosch Carrera.

Francisco Daneels, O. Praem., Promotore Iustitiae, in causa, de qua supra, hoc definitivum tulit decretum.

I. FACTI SPECIES

1. Rev.da Soror X, nata die 31 octobris 1947, in Instituto v.d. "Congregazione Y", quae sunt Z, die 21 septembris 1972 vota perpetua emisit. Cum ipsa autem domum sibi assignatam non peteret, re in Consilio disceptata atque diebus 18 (21) decembris 2001 et 14 (21) ianuarii 2002 frustra datis monitionibus canonicis, Rev.ma Superiorissa generalis una cum Consilio die 2 martii eiusdem anni decisionem tulit pro eius dimissione. Decretum dimissionis, a Rev.ma Antistita generali die 13 martii 2002 latum, dein a Congregatione pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae die 10 maii 2002 confirmatum est, atvero Sorori sine eiusdem parte motiva notificatum.

Eadem autem Congregatio die 22 octobris 2002 recursum hierarchicum a Sorore interpositum reiecit.

Recurrit tunc Rev.da Soror, die 21 novembris eiusdem anni, ad H.S.T. (prot. n. 33550-A/02 CA), quod, re rite discussa, in Congressu diei 17 decembris 2003 recursum ad disceptationem admisit.

Concordato vero dubio, Congregatio pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae die 2 februarii 2004 decretum diei 22 octobris 2002 revocavit, quam ob rem H.S.T. die 31 martii 2004 decrevit recursum cessavisse propter praesuppositi carentiam.

neels, O. Praem., como Promotor de Justicia en la causa, arriba mencionada, dio el siguiente decreto definitivo.

I. ANTECEDENTES

1. La hermana X, nacida el 31 de octubre de 1947, emitió los votos perpetuos el 21 de septiembre de 1972 en el Instituto Y sito en Z. Pero como no se iba a la casa que le había sido asignada, después de haber tratado la cuestión en el Consejo y realizadas en vano las amonestaciones canónicas en los días 18 (21) de diciembre de 2001 y 14 (21) de enero de 2002, la Superiora general, junto con su Consejo, decidió su expulsión el 2 de marzo del mismo año. El decreto de expulsión, dado por la Superiora general el día 13 de marzo de 2002, fue confirmado por la Congregación para los Institutos de vida consagrada y las Sociedades de vida apostólica el 10 de mayo de 2002, pero se notificó a la Hermana sin su parte motiva.

La misma Congregación, el día 22 de octubre de 2002 rechazó el recurso jerárquico interpuesto por la Hermana.

Entonces, el 21 de noviembre del mismo año, la Hermana recurrió a este Tribunal (prot. n. 33550-A/02 CA), que, después de examinar la cuestión en el Congreso del 17 de diciembre de 2003, admitió el recurso a la discusión.

El 2 de febrero de 2004, cuando se había concordado el dubio, la Congregación para los Institutos de vida consagrada y las Sociedades de vida apostólica revocó el decreto del día 22 de octubre de 2002. Por este motivo, el 31 de marzo de 2004, este Supremo Tribunal decretó que el recurso había cesado por falta de presupuesto.

2. Decreto dimissionis tandem aliquando die 10 februarii 2004 integre notificato, Rev.da Soror X die 18 eiusdem mensis et anni denuo recurrit ad Congregationem pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae, quae die 30 novembris 2004 recursum hierarchicum reiecit. Rev.da Soror tunc die 16 decembris eiusdem anni coram Congregatione interposuit “appello avverso la pronunzia de quo per i motivi in fatto e diritto che saranno precisati dal mio legale in sede di prosecuzione del medesimo”. Nulla prosecutione facta, Congregatio pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae decreto diei 21 maii 2005 confirmavit decretum diei 30 novembris 2004.

Rev.da Soror tandem die 6 iunii 2005 novum recursum ad H.S.T. interposuit (prot. n. 37352/05 CA). Receptis memorialibus pro utraque parte in causa, atque exarato voto pro rei veritate a Rev.mo Promotore Iustitiae, cui Cl.mi partium Patroni responderunt, Em.mus H.S.T. Praefectus, in Congressu die 22 iunii 2006 habito, decrevit recursum non esse admittendum ad disceptationem coram Em.mis et Exc.mis H.S.T. Iudicibus, utpote manifeste quolibet carentem fundamento.

3. Quo decreto die 3 iulii 2006 recepto, Cl.mus Rev.dae Sororis Patronus die 11 iulii 2006 recursum proposuit “ad Plenariam, pro motivationibus expositis in... Memoriali et non acceptis”, sed ipsa Rev.da Recurrens litteris diei 14 septembris 2006, “atteso che il contenzioso è stato superato”, declaravit se recursui renuntiare atque postulavit ut,

2. Finalmente, al notificársele íntegramente el decreto de expulsión el 10 de febrero de 2004, la Hermana X, el 18 del mismo mes y año recurrió de nuevo a la Congregación para los Institutos de vida consagrada y las Sociedades de vida apostólica que, el 30 de noviembre de 2004 rechazó el recurso jerárquico. Entonces, el 16 de diciembre del mismo año, la Hermana interpuso ante la Congregación “una apelación contra el pronunciamiento de quo por las razones de hecho y derecho que serán especificadas por mi abogado en la continuación de la misma”. Puesto que no se realizó ninguna prosecución, la Congregación para los Institutos de vida consagrada y Sociedades de vida apostólica, con decreto del 21 de mayo de 2005, confirmó el decreto del 30 de noviembre de 2004.

La Rvda. Hermana, finalmente, el 6 de junio de 2005, interpuso un nuevo recurso a la este Tribunal (prot. n. 37352/05 CA). Recibidos los memoriales de las partes en la causa, y presentado el *votum pro rei veritate* del Rvdo. Promotor de Justicia, al que respondieron los Ilmos. Patronos de las partes, el Emmo. Prefecto de este Supremo Tribunal, en el Congreso del 22 de junio de 2006, decretó que el recurso no debía ser admitido para su discusión ante los Emmos. y Excmos. Jueces de este Tribunal, ya que carecía manifiestamente de todo fundamento.

3. Recibido este decreto el 3 de julio de 2006, el Ilmo. Patrono de la Rvda. Hermana interpuso un recurso el 11 de julio de 2006 “a la Plenaria, por las motivaciones expuestas en... el Memorial y no aceptadas”, pero la misma Rvda. Recurrente, “considerando que el contencioso ha sido superado”, declaró con una carta del 14 de septiembre de

renuntiatione rite admissa, causa in archivo reponeretur. Quam petitionem eius Cl.mus Patronus die 21 septembris 2006 iteravit, eo quod “attenta reconciliatio inter partes habita, recurrens proprio recursui ad Plenariam renunciat et Mater Generalis decretum dimissionis revocat”. Congregatio autem pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae, ad rem interpellata, epistola diei 11 octobris 2006 respondit se retinere “necessario completare l’iter della dimissione”.

Litteris vero eiusdem diei Rev.ma Superiorissa generalis H.S.T. certius fecit se, de consensu consilii, disposuisse Rev.dae Recurrentis “riammissione all’Istituto”. Eum in finem ut res melius intellexeretur, H.S.T. dein die 20 novembris 2006 Rev.mam Antistitam generalem iussit exemplar authenticum exhibere omnium actorum illam readmissionem respicientium et insuper a praefata Congregatione petiit ut, attentis novis factis, denuo mentem suam pandere vellet. Praesertim absentiae causa, Rev.ma Superiorissa generalis solummodo die 22 martii 2007 tandem aliquando exquisita acta et documenta obtulit.

4. Re sedulo perpensa, Exc.mus H.S.T. Secretarius tunc die 13 aprilis 2007 decrevit: “Cl.mi Partium Patroni intra terminum viginti dierum ab hoc decreto recepto, inspectis actis ad rem pertinentibus, scribant super quaestione utrum in casu habeatur lis finita, necne; dein Rev.mus Promotor Iustitiae votum pro rei veritate promat, cui Cl.mi Patroni intra terminum decem

2006 que renunciaba al recurso y pidió que, al ser admitida la renuncia, la causa se archivara. Esta petición fue reiterada por su Ilmo. Patrono, el 21 de septiembre de 2006 ya que “atendiendo a la reconciliación habida entre las partes, la recurrente renuncia a su propio recurso a la Plenaria y la Madre General revoca el decreto de expulsión”. La Congregación para los Institutos de vida consagrada y Sociedades de vida apostólica, interpellada sobre esta cuestión, respondió con carta del 11 de octubre de 2006 que consideraba “necesario completar el itinerario de la expulsión”.

Por su parte, la Rvdma. Superiora general, en una carta de la misma fecha, informó a este Supremo Tribunal que, con el consentimiento del consejo, había dispuesto “la readmisión al Instituto” de la Rvda. Recurrente. A fin de que la situación quedara más clara, este Supremo Tribunal, el 20 de noviembre de 2006, ordenó que la Rvdma. Superiora general presentara una copia auténtica de todas las actas relativas a esa readmisión y, además, pidió a la mencionada Congregación que, teniendo en cuenta los nuevos hechos, manifestara de nuevo su opinión. Principalmente por motivo de ausencia, la Rvdma. Superiora general no presentó hasta el 22 de marzo de 2007 las actas y los documentos que se le habían requerido.

4. Entonces, tras considerar detenidamente el asunto, el Excmo. Secretario de este Supremo Tribunal decretó, el 13 de abril de 2007: “los Ilmos. Patronos de las Partes, en el plazo de veinte días desde la recepción de este decreto, después de examinar las actas pertinentes, han de presentar un escrito sobre la cuestión de si en el caso se ha producido la terminación del litigio o no; después, el Rvdm.

dierum, si velint, respondere poterunt; Rev.mo Promotore Iustitiae ultimo audito, res tandem tamquam quaestio praeliminaris deferatur ad Em.mos et Exc.mos H.S.T. Iudices, quorum tantum subordinate erit de recursu adversus decretum reiectionis in Congressu diei 22 iunii 2006 latum videre”.

Exhibitis a Cl.mis Patronis memorialibus, respective die 25 aprilis 2007 pro Congregatione et die 2 maii 2007 pro Recurrente, pervenit tandem aliquando responsio Congregationis die 20 novembris 2006 et iterum die 14 martii 2007 petita. Qua responsione cum Cl.mis Patronis communicata, eis concessum est ut intra decem dies, si vellent, memoriale complerent. Cl.ma Patrona Congregationis die 8 maii 2007 respondit se memoriali nihil addendum habere, dum Cl.mus Rev.dae Recurrentis Patronus siluit.

Rebus sic stantibus, Rev.mus Promotor Iustitiae die 9 iunii 2007 votum super solam quaestionem praeliminarem litis finitae prompsit, cui Cl.ma Congregationis Patrona die 13 iunii 2007 respondit in casu non haberi litem finitam, dum Cl.mus Recurrentis Patronus non respondit. Idem Rev.mus Promotor Iustitiae tandem die 31 iulii 2007 votum definitivum pro rei veritate exhibuit.

5. Rebus sic stantibus, hisce dubiis respondendum est:

a) An in casu habeatur lis finita, et quatenus negative,

Promotor de Justicia ha de emitir su *votum pro rei veritate*, al cual los Ilmos. Patronos pueden responder, si quieren, en el plazo de 10 días. Una vez oído en último lugar el Rvdmo. Promotor de Justicia, llévase el asunto como cuestión preliminar a los Emmos. y Excmos. Jueces de este Tribunal, que tendrán solo subordinadamente facultad de conocer del recurso contra el decreto de rechazo dado en el Congreso del día 22 de junio de 2006”.

Presentados los escritos de los Ilmos. Patronos, respectivamente el 25 de abril de 2007 (Congregación) y el 2 de mayo de 2007 (Recurrente), llegó finalmente la respuesta de la Congregación pedida el 20 de noviembre de 2006, y reiterada el 14 de marzo de 2007. Comunicada esta respuesta a los Ilmos. Patronos, se les concedió que, si querían, en un plazo de diez días, completaran el memorial. La Ilma. Patrona de la Congregación respondió el 8 de mayo de 2007 que no tenía nada que añadir al memorial, mientras que el Ilmo. Patrono de la Rvda. Recurrente no respondió.

Estando así las cosas, el Rvdmo. Promotor de Justicia, el 9 de junio de 2007 expuso su parecer únicamente sobre la cuestión preliminar del fin del litigio, al que la Ilma. Patrona de la Congregación respondió el 13 de junio de 2007 que en el caso no se daba la *lis finita*, mientras que el Ilmo. Patrono de la Recurrente no respondió. Finalmente, el mismo Rvdmo. Promotor de Justicia presentó el definitivo *votum pro rei veritate* el 31 de julio de 2007.

5. Siendo esta la situación, hay que responder a estas dudas:

a) Si en el caso hay un litigio terminado; y en la medida en que la respuesta sea negativa,

b) An reformandum sit decretum in Congressu diei 22 iunii 2006 latum, quo recursus ad disceptationem non admittebatur.

II. AD DUBIUM PRAELIMINARE:

An in casu habeatur
lis finita

6 (*In iure*). Quaestio iuris in casu est utrum auctoritas inferior revocare valeat, necne, actum administrativum singularem a se latum et a Dicasterio competenti probatum sine eiusdem consensu (saltem tacito) et a fortiori eiusdem consensu expresse denegato, adeo ut lis coram H.S.T. pendens habeatur finita.

Firmum, utique, apparet in iurisprudencia H.S.T. principium generale iuxta quod, revocato ab auctoritate ecclesiastica actu administrativo impugnato, lis habetur finita (cfr. v.g. Decr. def. *coram* Agustoni diei 28 februarii 1998: prot. n. 26608/95 CA; Decr. def. *coram* Mussinghoff diei 15 decembris 2001: prot. n. 29828/99 CA). Illud vero principium, utpote generale, non determinat quatenus sit competens auctoritas ecclesiastica in casu. Non agebatur, ceterum, in praefatis Decretis definitivis de casibus in quibus Dicasterium sese revocationi actus impugnati ex parte auctoritatis inferioris opposuerat.

In causis autem, in quibus ad normam art. 123 § 1 Const. Apost. *Pastor bonus*, legitimitas actus administrativi singularis a Dicasterio Curiae Romanae probati coram H.S.T. impugnatur,

b) Si debe reformarse el decreto dado en el Congreso del día 22 de junio de 2006, por el cual no era admitido el recurso a la discusión.

II. SOBRE LA DUDA PRELIMINAR:

Si en el caso hay un litigio
terminado

6 (*In iure*). La cuestión de derecho en este caso es si la autoridad inferior puede revocar o no un acto administrativo singular dado por ella misma y aprobado por el Dicasterio competente sin el consentimiento (al menos tácito) de este y, con mayor motivo, con la denegación expresa de ese consentimiento, de tal manera que el litigio pendiente ante este Supremo Tribunal se tenga por terminado.

Parece firme en la jurisprudencia de este Tribunal el principio general, según el cual una vez revocado por la autoridad eclesiástica un acto administrativo impugnado, se produce la terminación del litigio (cfr. p. ej. Decr. def. *coram* Agustoni de 28 de febrero de 1998: prot. n. 26608/95 CA; Decr. def. *coram* Mussinghoff de 15 de diciembre de 2001: prot. n. 29828/99 CA). Sin embargo, ese principio, por ser general, no determina cuál es la autoridad eclesiástica competente en el caso. Por otra parte, en los mencionados Decretos definitivos no se trataba de casos en los que un Dicasterio se hubiera opuesto a la revocación de un acto impugnado por parte de la autoridad inferior.

En las causas en las que conforme al art. 123 § 1 de la Const. Apost. *Pastor bonus*, se impugna ante este Supremo Tribunal la legitimidad de un acto administrativo singular aprobado por un

obiectum litis directum est decisio qua ipsum Dicasterium recursum reiecit, obiectum vero tantum indirectum actus administrativus singularis auctoritatis inferioris. Decisio Dicasterii in casu non est simplex recognitio actus auctoritatis inferioris, sed actus Dicasterii, quo id manus super casum apponit. Quam ob rem tenendum est auctoritatem inferiorem actum a Dicasterio probatum contra eius voluntatem revocare non posse.

7. In casu dimissionis sodalis instituti religiosi iuris pontificii ex parte competentis Congregationis pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae duplex haberi potest interventus. Alter autem ab altero differt, ratione tam eius naturae quam ponderis, quo gaudet.

Recitat can. 699: “Supremus Moderator cum suo consilio, quod ad validitatem saltem quattuor membris constare debet, collegialiter procedat ad probationes, argumenta et defensiones accurate perpendenda, et si per secretam suffragationem id decisum fuerit, decretum dimissionis ferat, expressis ad validitatem saltem summarie motivis in iure et in facto”. “Decretum vero dimissionis vim non habet, nisi a Sancta Sede confirmatum fuerit” (can. 700). Id dein sodali notificandum est, sed, “ut valeat, indicare debet ius, quo dimissus gaudet, recurrendi intra decem dies a recepta notificatione ad auctoritatem competentem” (can. 700). Huiusmodi vero recursus in suspensivo fieri nequit immediate ad H.S.T., sed exhibendus est eidem Congregationi, quae decretum dimissionis iam confirmavit (cfr.

Dicasterio de la Curia Romana, el objeto directo del litigio es la decisión por la cual el mismo Dicasterio rechazó el recurso, mientras que el acto administrativo singular de la autoridad inferior es solo el objeto indirecto. La decisión del Dicasterio, en este caso, no es un simple reconocimiento del acto de la autoridad inferior, sino un acto del Dicasterio, por el que este toma en sus manos el asunto. Por esta razón, hay que sostener que la autoridad inferior no puede revocar un acto aprobado por el Dicasterio contra la voluntad de este.

7. En el caso de la expulsión de un miembro de un instituto religioso de derecho pontificio, puede darse una doble intervención de la competente Congregación para los Institutos de vida consagrada y las Sociedades de vida apostólica. Una y otra difieren por razón tanto de su naturaleza como del peso de que gozan.

Dice el c. 699: “El Superior general, con su consejo, que para la validez del acto constará por lo menos de cuatro miembros, debe proceder colegialmente para sopesar con diligencia las pruebas, razones y defensas; y, si se decide así por votación secreta, dará el decreto de expulsión, que, para su validez, ha de contener los motivos de derecho y de hecho, al menos de manera sumaria”. “El decreto de expulsión no tiene vigor hasta que sea confirmado por la Santa Sede” (c. 700). El decreto, después, debe ser notificado al miembro, pero, “para que sea válido, debe indicar el derecho de que goza el expulsado de recurrir, dentro de los diez días siguientes de haber recibido la notificación, a la autoridad competente” (c. 700). Este recurso en suspensivo no puede interponerse inmediatamente ante este Supremo Tribu-

Interpr. auth. d. 21 martii 1986: AAS 78 [1986] 1323), quaeque ideo huiusmodi in casu bis intervenit.

Prior Congregationis interventus indolem habet recognitionis actus a Supremo Moderatore cum suo consilio lati, dum posterior seu Congregationis decisio de recursu eidem proposito, indolem maioris intensitatis habet, adeo ut dicendum sit idem Dicasterium saltem per posteriorem interventum manum apposuisse super casum. Obiectum, ceterum, recursus successivi coram H.S.T. est decisio ipsius Congregationis de recursu eidem proposito.

8. (*In facto*). Ante omnia prae oculis habendus est modus prorsus confusus Rev.mae Superiorissae generalis agendi in casu:

a) Pendente recursu hierarchico Rev.dae Sororis X ante Congregationem, haec die 26 octobris 2004 a nova Rev.ma Superiorissa generali petiit ut “con il Suo Consiglio, informi questo Dicastero se decide di mantenere la linea precedentemente adottata o se giudica opportuno intraprendere qualche azione pastorale nei confronti delle suddette religiose [inter quas Soror X]. È sempre auspicabile, infatti, promuovere ogni sforzo per offrire la possibilità di correzione. Poiché il Dicastero è obbligato a trattare la questione nei limiti di tempo stabiliti dalla legge, già peraltro prorogati, La preghiamo di dare risposta entro due settimane dalla ricezione della presente”. Rev.ma Superiorissa generalis tunc statim Rev.dam Sororem

nal, sino que se ha de presentar ante la misma Congregación que antes confirmó el decreto de expulsión (cfr. Interpretación auténtica de 21 de marzo de 1986: AAS 78 [1986] 1323), y que, por tanto, interviene dos veces en el caso.

La primera intervención de la Congregación tiene la naturaleza de reconocimiento del acto dado por el Supremo Moderador con su consejo, mientras que la segunda intervención, esto es la decisión de la Congregación sobre el recurso interpuesto ante ella, tiene mayor intensidad, hasta el punto de que ha de decirse que el Dicasterio, al menos mediante esa intervención posterior, impone la mano sobre el asunto. Por lo demás, el objeto del recurso posterior ante este Supremo Tribunal es la decisión de la propia Congregación sobre el recurso a ella presentado.

8. (*In facto*). En primer lugar, hay que considerar el modo de actuar completamente confuso de la Rvdma. Superiora general en el caso:

a) Estando pendiente el recurso jerárquico de la Rvda. Hermana X ante la Congregación, esta el día 26 de octubre de 2004 pidió a la nueva Rvdma. Superiora general que “con su Consejo, informe a este Dicasterio si decide mantener la línea previamente adoptada o si considera oportuno emprender alguna acción pastoral hacia las religiosas mencionadas [entre las cuales está la Hermana X]. En efecto, siempre es deseable promover todo esfuerzo para ofrecer la posibilidad de corrección. Dado que el Dicasterio está obligado a tratar el asunto dentro de los plazos establecidos por la ley, por otra parte ya prorrogados, le rogamos que responda en de las dos semanas siguientes a la recepción de esta carta”. Entonces, la

ad colloquium invitavit, sed ob eius tergiversationem id denique tantum in diem 13 decembris 2004 statutum est. Cum autem Rev.ma Superiorissa generalis intra terminum statutum haud respondisset Congregationi, haec paulo antea, die 30 novembris 2004, Rev.dae Sororis recursum contra dimissionem reiecerat.

b) Eadem Rev.ma Superiorissa generalis dein die 19 iulii 2005 mandatum contulit Cl.mae Patronae Congregationis ut coram H.S.T. etiam Institutum defenderet, evidenter tamquam partem resistentem una cum Congregatione, id est ad sustinendam legitimitatem dimissionis.

c) Nulla vero notitia sive Cl.mae Patronae sive Congregationi sive huic Signaturae Apostolicae data, Rev.ma Superiorissa generalis, cum suo consilio, a mense februario 2006 denuo pastorallem casus solutionem quaerere incepit.

d) H.S.T. in Congressu diei 22 iunii 2006 decrevit recursum non esse admitendum ad disputationem. Integrum decretum Cl.mo Rev.dae Sororis Patrono die 3 iulii 2006 notificatum est, qui die 11 iulii 2006 recursum exhibuit ad Collegium H.S.T. Iudicum, qua de re Rev.ma Superiorissa generalis certior facta est. Interim vero, epistola diei 3 iulii 2006 Rev.da Soror, post colloquium cum ipsa die 27 iunii 2006 Romae habitum, desiderium manendi in Instituto manifestaverat Rev.mae Antistitae generali, quae die 6 septembris 2006 consilio suo proposuit quaestionem circa “[i]l ritiro del Decreto di dimissione con il fine di sospendere la causa finora sostenuta”. Ad rem consilium unanime deliberavit: “[i]l ritiro del

Rvdma. Superiora general invitó de inmediato a la Rvda. Hermana a tener una conversación, pero por su vacilación la fecha para esto acabó fijándose el 13 de diciembre de 2004. Al no responder la Rvdma. Superiora general en el plazo establecido a la Congregación, esta, poco antes, el 30 de noviembre de 2004, había rechazado el recurso de la Rvda. Hermana contra la expulsión.

b) Más adelante, el 19 de julio de 2005, la misma Rvdma. Superiora general dió mandato a la Ilma. Patrona de la Congregación para que defendiera también al Instituto ante este Supremo Tribunal, evidentemente como parte resistente junto con la Congregación, esto es, para sostener la legitimidad de la expulsión.

c) Sin haber dado noticia alguna ni a la Ilma. Patrona, ni a la Congregación, ni a esta Signatura Apostólica, la Rvdma. Superiora general con su consejo comenzó de nuevo a buscar una solución pastoral del caso a partir de febrero de 2006.

d) Este Supremo Tribunal, en el Congreso del 22 de junio de 2006 decidió que el recurso [de la Hermana expulsada] no debía ser admitido para la discusión. El decreto íntegro fue notificado el 3 de julio de 2006 al Ilmo. Patrono de la Rvda. Hermana, que el 11 de julio de 2006 presentó recurso al Colegio de Jueces de este Tribunal, de lo cual se informó a la Rvdma. Superiora general. Pero, en ese intervalo, con carta del 3 de julio de 2006, la Rvda. Hermana, después de una conversación con ella en Roma el 27 de junio de 2006, había manifestado a la Rvdma. Superiora general el deseo de permanecer en el Instituto y esta, el 6 de septiembre de 2006, planteó a su consejo la cuestión sobre “la retirada del Decreto de expulsión con el fin

Decreto di dimissione emesso il 13 marzo 2002 con il fine di sospendere la causa presso la Congregazione”, atque statuit ut de re certiores fierent Congregatio, Signatura Apostolica et Patroni. Sua ex parte, Rev.da Soror revocare debuit recursum ad Collegium H.S.T., id quod ipsa dein die 14 septembris fecit, “attenta reconciliatione inter partes habita”.

e) Die 8 septembris 2006 Rev.ma Antistita generalis revocavit decretum dimissionis (“Con l’autorità che mi viene da Dio... ritiro il decreto di dimissione dalla Congregazione”), nulla mentione facta de clausula “con il fine di sospendere la causa finora sostenuta”, sed dein die 11 octobris 2006 rem in “Decreto Istanza di Sospensione” explicavit uti “riammissione, a tutti gli effetti di legge, di Suor X, nell’Istituto senza farle ripetere il noviziato, pur non essendo mai uscita canonicamente dalla Congregazione, ma di obbligarla a un periodo di prova di un anno...; ultimato questo periodo si provvederà ad emettere la revoca del decreto di dimissione”. Eadem die Rev.ma Superiorissa generalis cum H.S.T. comunicavit “che il governo generale dell’Istituto ha intrapreso un’azione pastorale... nella ricerca di una riconciliazione definitiva... In qualità di Superiora generale, con il consenso del suo Consiglio, ha disposto la riammissione all’Istituto”, nullis vero documentis tunc ad rem exhibitis.

9. Uti patet, tota quaestio vertitur circa sensum et vim revocationis dimissionis, de qua in litteris Rev.mae Supe-

de suspendere la causa hasta ahora sostenida”. El consejo decidió unánimemente al respecto: “la retirada del Decreto de expulsión dado el 13 de marzo de 2002 con el fin de suspender la causa que se sigue ante la Congregación”, y estableció que se informara de ello a la Congregación, a la Signatura Apostólica y a los Patronos. Por su parte, la Rvda. Hermana debía revocar el recurso al Colegio de este Tribunal, lo cual hizo el 14 de septiembre “considerando la reconciliación habida entre las partes”.

e) El día 8 de septiembre de 2006, la Rvdma. Superiora general revocó el decreto de expulsión (“Con la autoridad que me viene de Dios... retiro de la Congregación el decreto de expulsión”), sin hacer mención alguna de la cláusula “con el fin de suspender la causa hasta ahora sostenida”, pero después, el 11 de octubre de 2006, en el “Decreto Instancia de Suspensión”, explicó el asunto como “readmisión, a todos los efectos legales, de Sor X en el Instituto sin hacerle repetir el noviciado, aun no habiendo salido canónicamente nunca de la Congregación, pero obligándola a un periodo de prueba de un año...; una vez completado este periodo se proveerá a emitir la revocación del decreto de expulsión”. El mismo día, la Rvdma. Superiora general comunicó a este Supremo Tribunal “que el gobierno general del Instituto ha emprendido una acción pastoral... en busca de una reconciliación definitiva... En calidad de Superiora General, con el consentimiento de su Consejo, ha dispuesto la readmisión en el Instituto”, pero sin presentar entonces ningún documento sobre la cuestión.

9. Como es evidente, toda la cuestión versa sobre el sentido y el vigor de la revocación de la expulsión de la que

rriorissae generalis diei 8 septembris 2006. Videamus in primis quid de reseruant Congregatio et Cl.mi Patroni.

a) Congregatio pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae, quae iuxta epistolam Exc.mi eius Secretarii diei 3 maii 2007 suas rationes motivas expressit in s.d. “Nota d’Ufficio” diei 26 februarii 2007, tenet quod: “Il Dicastero si è pronunciato non solo con la conferma del decreto di dimissione ma anche con il rigetto della *remonstratio*, quindi con un Decreto sostanziale, pertanto la revoca non può essere fatta dalla Superiora Generale. Il motivo è evidente, il ricorso alla Segnatura non è diretto contro il Decreto della Generale, ma contro quello di rigetto del ricorso da parte del Dicastero. Pertanto la revoca della Generale senza il previo assenso del Dicastero, non soltanto è una mancanza di riguardo verso quell’organo della Santa Sede, ma non produce alcun effetto... Si deve pertanto considerare inefficace il Decreto della Superiora Generale, non idoneo cioè a mutare i termini della controversia...”. Secus, enim, haberetur “situazione in cui la dimissione della Religiosa resta esclusivamente nelle mani della Superiora Generale senza alcun controllo della Congregazione della vita consacrata e della Segnatura. Cosa del tutto assurda e contro la *mens* del Codice che ha disposto una serie di controlli per un atto tanto importante”. Quod ultimum argumentum fortasse modo nimis apodictico formulatum est, nam manet factum quod dimissio ab Instituto efficaciam obtinere nequit sine interventu Congregationis et in casu recursus contentiosi administrativi huius quoque Signaturae Apostolicae. Ut cumque perplexitatem gignit factum

trata la carta de la Rvdma. Superiora general del 8 de septiembre de 2006. Veamos ante todo qué opinan al respecto la Congregación y los Ilmos. Patronos.

a) La Congregación para los Institutos de vida consagrada y Sociedades de vida apostólica que, según la carta de su Excmo. Secretario del 3 de mayo de 2007, expresó sus razones en la llamada “Nota de Oficio” del 26 de febrero de 2007, sostiene que “el Dicasterio se pronunció no solo con la confirmación del decreto de dimisión, sino también con el rechazo de la *remonstratio*, por lo tanto con un Decreto sustancial. Así pues, la revocación no puede ser realizada por la Superiora General. El motivo es evidente, el recurso a la Signatura no está dirigido contra el Decreto de la General, sino contra el de rechazo del recurso por parte del Dicasterio. Por lo tanto, la revocación de la General sin el previo consentimiento del Dicasterio, no es solamente una falta de consideración hacia ese órgano de la Santa Sede, sino que no produce ningún efecto... Se debe considerar por lo tanto ineficaz el Decreto de la Superiora General, es decir, no apto para cambiar los términos de la controversia...”. Porque, de lo contrario, se tendría “una situación en la que la expulsión de la Religiosa queda exclusivamente en manos de la Superiora General sin ningún control de la Congregación de la vida consagrada y de la Signatura. Cosa completamente absurda y contraria a la *mens* del Código que ha dispuesto una serie de controles para un acto tan importante”. Este último argumento ha sido formulado quizá demasiado apodícticamente, pues permanece el hecho de que la expulsión de un Instituto no puede tener eficacia sin la intervención de la Congregación y, en el caso del recurso contencioso adminis-

quod, recursu hierarchico a Congregatione reiecto et causa coram H.S.T. pendente, immo recursu etiam coram H.S.T. in Congressu reiecto, Superiorissa generalis agere posset quasi decisiones Congregationis et H.S.T. nullius essent valoris.

b) Cl.ma Congregationis Patrona, ad quaestionem hic tractandam quod attinet, in memoriali diei 25 aprilis 2007 censet revocationem dimissionis ex parte Rev.mae Superiorissae generalis “omissa mente consilii sui et absque consensu Congregationis” invalidam tenendam esse ideoque non haberi litem finitam.

c) Cl.mus Patronus partis recurrentis, in memoriali diei 2 maii 2007, attento quod impugnatus actus dimissionis, de quo in casu, est actus complexus, ita opinionem contrariam propugnat: “Dicasterium est pars in nostra causa tantummodo quia actum Superiorissae generalis Instituti ‘confirmavit’; sed, quid adhuc confirmat, si decretum dimissionis revocatum est? Si decretum dimissionis revocatum est a Superiore Instituti (et hoc fieri potest: can. 1739), cessat materia super qua exercetur potestas confirmandi, actus complexus amplius non existit; non praevidetur (certo non est noster casus) dimissio a solo Dicasterio lata, saltem quia deest interesse directum (et enim Dicasterio, ut plurimum, recog[nos]ci posset interesse indirectum, i.e. ad bonam functionem publicae administrationis)”.

trativo, también de la Signatura Apostólica. Sea como fuere, genera perplejidad el hecho de que, habiendo sido rechazado el recurso jerárquico por la Congregación y estando pendiente la causa ante este Supremo Tribunal, es más, habiendo sido rechazado también el recurso ante este Supremo Tribunal en el Congreso, la Superiora general pueda actuar como si las decisiones de la Congregación y de este Supremo Tribunal no tuvieran valor alguno.

b) La Ilma. Patrona de la Congregación, respecto a la cuestión que ha de tratarse aquí, en el memorial del 25 de abril de 2007 expresa la opinión de que la revocación de la expulsión por parte de la Rvdma. Superiora general “omitida la *mens* de su consejo y sin consentimiento de la Congregación” ha de ser tenida por inválida y por tanto el litigio no ha terminado.

c) El Ilmo. Patrono de la parte recurrente, en el memorial del 2 de mayo de 2007, considerando que el acto de expulsión impugnado del caso es un acto complejo, sostiene una opinión contraria de esta forma: “el Dicasterio es parte en nuestra causa solo porque ‘confirmó’ el acto de la Superiora general del Instituto; pero ¿qué sigue confirmando todavía, si el decreto de expulsión ha sido revocado? Si el decreto de expulsión ha sido revocado por el Superior del Instituto (y esto puede hacerse según el c. 1739), cesa la materia sobre la que es ejercida la potestad de confirmar, el acto complejo ya no existe. No se prevé (ciertamente, no es nuestro caso) una expulsión decretada únicamente por el Dicasterio, al menos porque falta un interés directo (pues, en efecto, al Dicasterio, a lo sumo, puede reconocérsele un interés indirecto, p. ej. para el buen funcionamiento de la administración pública)”.

Ad rem vero haec statim animadvertenda sunt: a) in casu non agitur de dimissione a Dicasterio tantum confirmata ad normam can. 700, verum etiam per reiectionem recursus hierarchici post sedulum examen ab eodem probata; b) non sustinetur assertio iuxta quam Superior Instituti vi can. 1739 revocare potest suam decisionem, nam can. 1739 non agit de eo, sed de superiore Auctoritate, quae videt de recursu hierarchico, id est in casu de Dicasterio; c) non intellegitur quomodo actus complexus Instituti et Dicasterii ab uno Instituto, etiam Dicasterio sese opponente, revocari possit; d) una vice quod agitur de actu complexo Instituti et Dicasterii, cuius est ea omnia absolvere, quae ad normam iuris ad Sanctam Sedem pertinent de sodalium Institutorum vitae consecratae dimissione (cfr. art. 108 § 1 Const. Ap. *Pastor bonus*), idem Dicasterium iam interesse directum in re habet, quia revocatio dimissionis eius interventum in re directe tangit.

10. Forsitan quis dicat in casu intentionem fuisse ut Rev.da Soror recur sui ad Collegium H.S.T. renuntiaret, adeo ut eius dimissio fieret efficax, ea tamen mente ut Soror dimissa ad vitam in Instituto denuo incipiendam admitteretur. Can. 643 § 1 enim non excludit ut sodalis dimissus ad novitiatum admitti potest, immo sodalis legitime egressus admitti potest sine onere repetendi novitiatum, congrua vero probatione professioni praevia imposita (cfr. can. 699). Quae si ita essent, utique haberetur lis finita coram H.S.T. Haec autem hypothesis sustineri non potest, quia Rev.da Soror probabilius illam re-

Pero, al respecto, deben señalarse inmediatamente las siguientes cosas: a) en el caso no se trata de expulsión solamente confirmada por el Dicasterio conforme al c. 700, sino también aprobada por este mediante el rechazo del recurso jerárquico después de un cuidadoso examen; b) no se sostiene la afirmación según la cual el Superior del Instituto en virtud del c. 1739 puede revocar su decisión, pues el c. 1739 no trata de eso, sino de la Autoridad superior que conoce sobre el recurso jerárquico, o sea, en el caso, del Dicasterio; c) no se entiende de qué manera un acto complejo del Instituto y del Dicasterio podría ser revocado únicamente por el Instituto, incluso oponiéndose el Dicasterio; d) toda vez que se trata de un acto complejo del Instituto y del Dicasterio al que compete tratar todo lo que, según el derecho, corresponde a la Santa Sede (cfr. art. 108 § 1 Const. Ap. *Pastor bonus*) en materia de expulsión de miembros de Institutos de vida consagrada, dicho Dicasterio ya tiene un interés directo en el asunto, porque la revocación de la expulsión afecta directamente su intervención en él.

10. Quizá alguien pueda argumentar que, en el caso, la intención era que la Rvda. Hermana renunciara al recurso al Colegio de este Tribunal, de tal manera que su expulsión se hiciera eficaz, pero con la idea de que la Hermana expulsada fuera admitida a comenzar de nuevo la vida en el Instituto. Porque el c. 643 § 1 no excluye que el miembro expulsado pueda ser admitido al noviciado, es más, el miembro que hubiera salido legítimamente puede ser admitido sin la carga de repetir el noviciado, aunque imponiéndole un adecuado tiempo de prueba previa a la profesión (cfr. c. 699). Si las cosas fuesen así, cier-

nuntiationem exhibuit eo quod, attentis litteris Rev.mae Superiorissae generalis diei 8 septembris 2006, censebat non amplius adfuisse rationem ad dimissionem ulterius impugnandam. Oppositio, ceterum, Congregationis contra admissionem renuntiationis ex parte H.S.T. tantum intellegitur eo quod Congregatio tenebat in casu agi de renuntiatione recursui oblata ob (assertam) revocatam dimissionem potius quam ob ipsam dimissionem tandem aliquando acceptatam.

11. Dimissionis autem revocatio, de qua in litteris Rev.mae Superiorissae generalis diei 8 septembris 2006, difficilis est interpretationis.

a) Die enim 6 septembris 2006 ab ea cum suo consilio decisio unanimis lata erat revocandi decretum dimissionis “con il fine di *sospendere* la causa finora sostenuta” (emphasis addita), dum Rev.da Soror ex parte sua recursui ad H.S.T. Iudicum Collegium renuntiare debebat et de decisione consilii Congregatio, Signatura Apostolica et Patroni certiores faciendi erant.

b) Die 8 septembris 2006 Rev.ma Antistita generalis decretum dimissionis simpliciter revocavit, nulla mentione facta de illa clausula “con il fine di *sospendere* la causa”, non obstante facto quod dimissio ab ipsa cum suo consilio per proceduram collegialem decisa fuisset, ideoque tantum ad mentem illius clausulae revocari potuisse videtur.

tamente se tendría un litigio acabado ante este Tribunal. Sin embargo este planteamiento no puede sostenerse porque la Rvda. Hermana, más probablemente, presentó esa renuncia porque, considerando la carta de la Rvdma. Superiora general del día 8 de septiembre de 2006, pensaba que ya no existía motivo para seguir impugnando la expulsión. Por lo demás, la oposición de la Congregación contra la admisión de la renuncia por parte de este Supremo Tribunal solo se entiende porque la Congregación mantenía que en el caso se trataba de una renuncia al recurso ofrecida a causa de la (afirmada) revocación de la expulsión, más que por haber aceptado finalmente esa expulsión.

11. Sin embargo, la revocación de la expulsión, de la que se habla en la carta de la Rvdma. Superiora general de 8 de septiembre de 2006, es de difícil interpretación.

a) El día 6 de septiembre de 2006 había sido tomada por ella con su consejo la decision unánime de revocar el decreto de expulsión “con el fin de *sospendere* la causa hasta ahora sostenida” (énfasis añadido), mientras que la Rvda. Hermana, por su parte, debía renunciar a su recurso ante el Colegio de Jueces de este Supremo Tribunal y la Congregación, la Signatura Apostólica y los Patronos debían ser informados de la decisión del consejo.

b) El 8 de septiembre de 2006, la Rvdma. Superiora general revocó simplemente el decreto de expulsión, sin mencionar la clausula “con el fin de *sospendere* la causa”, a pesar de que la expulsión fue decidida por ella con su consejo mediante un procedimiento colegial, y por tanto parece que sólo podía ser revocada según la mente de aquella clausula.

c) Ipsa dein decreto diei 11 octobris 2006 rem in “Decreto Istanza di Sospensione” explicavit uti “riammissione, a tutti gli effetti di legge, di Suor X, nell’Istituto senza farle ripetere il noviziato, pur non essendo mai uscita canonicamente dalla Congregazione, ma di obbligarla a un periodo di prova di un anno...; ultimato questo periodo *si provvederà ad emettere la revoca del decreto di dimissione*” (emphasis addita).

Censet Rev.mus Promotor Iustitiae dimissionis *revocationem* diei 8 septembris 2006 itaque de facto intellegendam esse uti *suspensionem* dimissionis perdurante periodo probationis, nam solummodo anno probationis bene peracto revocatio dimissionis fieret definitiva, ideoque in casu consequenter non haberi litem finitam.

12. Quidquid est, Rev.ma Superiorissa generalis decretum dimissionis revocare non potuit. Non sustinentur enim, uti supra iam satis animadversum est, argumenta a Cl.mo Rev.dae Sororis Patrono proposita ad propugnandam litem finitam ob revocatam dimissionem in casu, dum argumentis a Congregatione eiusque Cl.ma Patrona adductis quoad substantiam adhaerendum est. Sancta Sedes manus super casum apposuit, adeo ut Superiorissa generalis contra Congregationem Rev.dae Sororis dimissionem revocari non amplius valuerit.

13. Concludendum est in casu haudquaquam haberi litem finitam ideoque dubio praeliminari negative respondendum esse.

c) Después ella, el 11 de octubre de 2006, en el “Decreto Instancia de Suspensión”, explicó el asunto como una “readmisión, a todos los efectos legales, de la Hermana X en el Instituto sin hacerle repetir el noviciado, aun no habiendo salido canónicamente nunca de la Congregación, pero obligándola a un periodo de prueba de un año...; una vez completado este periodo *se proveerá a emitir la revocación del decreto de expulsión*” (énfasis añadido).

El Rvdmo. Promotor de Justicia piensa que la *revocación* de la expulsión del 8 de septiembre de 2006 se ha de entender, de hecho, como una *suspensión* de la expulsión mientras dure el periodo de prueba, pues solo después del transcurso positivo del año de prueba la revocación de la expulsión se haría definitiva y por tanto, consecuentemente, no se tendría por terminado el litigio en el caso.

12. Sea lo que sea, la Rvdma. Superiora general no pudo revocar el decreto de expulsión. En efecto, no se sostiene, como ya antes se ha advertido suficientemente, los argumentos propuestos por el Ilmo. Patrono de la Rvda. Hermana para defender la finalización del litigio por la revocación de la expulsión en el caso, mientras que hay que adherirse sustancialmente a los argumentos aducidos por la Congregación y su Ilma. Patrona. La Santa Sede tomó en sus manos el caso, de tal manera que la Superiora general ya no puede, contra la Congregación, revocar la expulsión de la Rvda. Hermana.

13. Hay que concluir que en el caso no puede tenerse en modo alguno el litigio por terminado, y, por tanto, se ha de responder negativamente a la duda preliminar.

Bene autem notandum est non agi in casu coram H.S.T. de quaestione utrum, necne, Rev.da Soror, si et quatenus dimissa, deinde readmitti possit in Institutum, cum hac de re non habeatur decisio Congregationis coram H.S.T. impugnata.

III. AD DUBIUM PRINCIPALE:

**An reformandum sit decretum in
Congressu diei 22 iunii 2006 latum,
quo recursus ad disputationem
non admittebatur**

14. Cl.mus Rev.dae Recurrentis Patronus adversus illud decretum recursus proposuit “ad Plenariam, pro motivationibus expositis in... Memoriali et non acceptis” (cfr. memorialia Cl.mi Gullo ante Congressum), quin ullum novum argumentum propositum sit.

Iamvero, H.S.T. per impugnatum Congressus decretum illis argumentis ante Congressum allatis iam satis respondit, quam ob rem simpliciter remittitur ad rationes motivas in eodem expositas.

Censeamus igitur illud Congressus decretum haudquaquam reformandum esse.

IV. CONCLUSIO

15. Omnibus sive in iure sive in facto aeque rimatis, infrascripti Patres pro Tribunali sedentes ac solum Deum prae oculis habentes, dubio proposito respondendum esse decreverunt atque respondent:

No obstante debe señalarse que, el caso, no se trata ante este Tribunal de la cuestión de si la Rvda. Hermana, si y en la medida en que ha sido expulsada, puede ser después readmitida en el Instituto, ya que sobre este asunto no hay ninguna decisión de la Congregación impugnada ante este Tribunal.

III. SOBRE LA DUDA PRINCIPAL:

**Si se ha de reformar el decreto
dado en el Congreso del 22 de
junio de 2006, por el cual no se
admitía el recurso para su discusión**

14. El Ilmo. Patrono de la Rvda. Recurrente interpuso contra aquel decreto un recurso “a la Plenaria, con las motivaciones expuestas en... el Memorial y no aceptadas” (cfr. memoriales del Ilmo. Gullo ante el Congreso), sin que fuera propuesto un nuevo argumento.

Ahora bien, este Supremo Tribunal ya respondió suficientemente a aquellos argumentos presentados ante el Congreso, mediante el decreto del Congreso impugnado, por lo cual se remite simplemente a los motivos expuestos en él.

Pensamos, por tanto, que el decreto del Congreso no ha de ser reformado de ninguna manera.

IV. CONCLUSIÓN

15. Tras haber examinado adecuadamente todas las cuestiones tanto de derecho como de hecho, los infrascriptos Padres, constituidos en Tribunal y con la mirada puesta solo en Dios, decidieron que había que responder y respondieron a la duda planteada:

NEGATIVE *ad primum*, seu in casu non haberi litem finitam;

NEGATIVE *ad secundum*, seu decretum Congressus, die 22 iunii 2006 latum, in casu reformandum non esse.

Solvatur Cl.mo Rev.dae Recurrentis Patrono congruum honorarium ex cautione ab Instituto Y in arca H.S.T. deposita; reliqua pars cautionis retineatur pro expensis processualibus. Pars vero resistens suae Cl.mae Patronae congruum solvat honorarium.

Ita pronuntiamus ac statuimus, mandantes iis quorum interest, ut hanc Nostram definitivam sententiam executioni tradant, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 14 novembris 2007.

(Signati)

Augustinus Card. VALLINI, *Praefectus*
Ioannes Ludovicus Card. TAURAN
+ Aloisius MARTÍNEZ SISTACH
+ Henricus MUSSINGHOFF
+ Xaverius ECHEVARRÍA RODRÍGUEZ,

Ponens

Notificetur.

Die 26 ianuarii 2008.

+ Velasius DE PAOLIS, C.S., *Secretarius*
Paulus MALECHA, *vices Praepositi*
Cancellariae gerens

NEGATIVAMENTE *a lo primero*, es decir que, en el caso, no se da la situación de litigio terminado;

NEGATIVAMENTE *a lo segundo*, es decir, el decreto del Congreso dado el 22 de junio de 2006, no ha de ser reformado en el caso.

Páguense al Ilmo. Patrono de la Rvda. Recurrente los debidos honorarios del depósito hecho por el Instituto Y en la caja de este Supremo Tribunal; la parte restante del depósito reténgase para cubrir los gastos procesales. La parte resistente pague los honorarios debidos a su Ilma. Patrona.

Así lo pronunciamos y establecemos, mandando a los interesados que ejecuten esta sentencia definitiva Nuestra a todos los efectos previstos por el derecho.

Dado en Roma en la sede del Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica el 14 de noviembre de 2007.

(Signati)

Agostino Card. VALLINI, *Prefecto*
Jean-Louis Card. TAURAN
+ Lluís MARTÍNEZ SISTACH
+ Heinrich MUSSINGHOFF
+ Javier ECHEVARRÍA RODRÍGUEZ,

Ponente

Notifíquese

26 de enero de 2008.

+ Velasio DE PAOLIS, C.S., *Secretario*
Paweł MALECHA, *vice Preposición*
Gerente de la Cancillería

